

1436 31. Xbris.

46

Littera Reversales Vladislai Regis Poloniae Datum in Brzeskie Anno 1436 Sabbatho in Vigilia Circumcisionis Domini Ex Originali. Sigillum x.

Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quod nunquam Nos et Successores nostri Magistro et Terris Ordinis guerras movebimus aut bella, sed pacem perpetuam et concordiam inter Nos Regnum nostrum et adherentes nostros ab una, Magistrum et Ordinem et suos adherentes ab altera partibus, de Anno Domini Millesimo, quadingentesimo, tricesimo sexto in Vigilia Circumcisionis Domini, in Civitate nostra Brzeskie conceptam et firmatam custodimus et servabimus inconcusse in omnibus suis articulis atq; punctis. Promittentes quod si Nos vel Successores nostri, stante hujusmodi pace perpetua Magistro aut Terris Ordinis vellemus aut coneremus hujusmodi guerras aut bella movere, non debeat Nobis subditi nostri consentire, nec in hoc obedire aut parere, quinimo erunt ab omnibus homagiis nostris, iuramentis et subiectionibus liberi et soluti, donec in hoc casu Nos et Successores nostri ad observantiam Pacis perpetuae revertamur, quos in hujusmodi casu absolvimus ab omnibus homagiis, promissionibus et iuramentis Nobis factis, ut praefertur pro presentes harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in Brzeskie Diocesis Vladislavensis, Sabbatho in Vigilia Circumcisionis Domini Anno ejusdem 1436. Presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis in Christo Patribus Dominis Alberto Dei gratia

gratia Sanctae Gnesensis Ecclesie Archiepiscopo et Pri-  
mate, Sigrneo Cracoviensi, Vladislao Vladislavici,  
Stanislao Posnanici, et Stanislao Plocensi Episcopis,  
ac Magnificis Nobilibus et strenuis Nicolao deelli-  
chatow Castellano et Capitaneo Cracoviensi Joanne  
de Lubin Brestensi, et Jarando Junioladislavici  
Palatinis ac aliis pluribus fide dignis.